



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

IV. De Effectibvs Baptismi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

non esse possunt in corpore, quod fidei incapax: non in animo; quia implicat consensu esse absque cognitione. 3. Repugnat Luther: qui vult solam fidem iustificare; at haec non potest esse absque cognitione: nam motus intellectus est intelligere. Item; sine vera fide non est iustificatio: at illa absque cognitione non est vera ergo nec iustificans.

III. Non iustificantur tamen absque ulla fide, ut Sacramentarii volunt. 1. Quia, Ioann. 3. Qui non credit iam iudicatus est. Vnde probat S. Aug. libr. 1. de pecc. mer. c. 33. fidem esse medium necessarium ad salutem. Vide Antichristum p. 2. q. 12.

IV. In Baptismo infunditur eis habitus fidei, spei, charitatis. 1. Sic Concilia. Quia, Scriptura docet sine fide impossibile placere Deo. Fides autem cum significet actum, vel habitum; actus vero nullus inesse pueris queat; habitum infundi necesse est. 2. Sic Patres: Ratio: Quia, patruuli dicuntur & sunt verè fideles: Nā, Eph. 3. Christus habitat per fidem in cordibus eorum, infusa occulte eis gratiā suā.

V. Parvuli actu credunt. 1. Quia, August. lib. 1. de pecc. mer. c. 7. Ipsum baptizari, est credere. Sicut non loquendo, sed moriendo confessi sunt, teste Ecclesia. 2. Quia, aliena fide credunt: Ita vniuersitatis Patrum consensus.

DICO AD I. Aug. serm. 10. de verb. Apost. Accommodat Ecclesia infantibus aliorum pedes, ut veniant; aliorum cor, ut credant; aliorum linguam, ut confiteantur. Iure: Cūm peccato alieno grauentur.

AD II. Illi grandiores erant: nam vocauit eos, venerunt; scandalizari poterant, teste Domino.

AD III. Aug. epist. 57. Exemplum

vnum non est regula generalis. Et Iohannes cognovit Dominum, ait Ambr. Beda; infantes autem non cognoscunt. AD IV. Recipiunt verè habitum fidei.

## IV. DE EFFECTU BAPTISMI.

### QVÆSTIO XXV.

*In Baptismus peccata remittendo regat; an tollat?*

LUTHERO CALVINISTAB legi, non tolli, aiunt Cum Origenitis & Massalianis.

LUTHERVS art. 1. *In pueri post Baptismum negare remanens esse peccatum, est Paulum & Christum concilare. In Affect. art. 1. Aliud est, omnia peccata remitti, aliud tolli: Baptismus omnia remittit; sed nullam penitentiam tollit sed ne sit tollere.*

2. CALVINVS in Antid. Seß. 6. Manee verò peccatum in nobis, neque per Baptismum statim uno die extinguitur: sed, quia deletur reatus, imputatione nullum est. 3. Kcmaitius in Exam. Seß. 5. ait, verè remitti, tolli, ac deletri: manere tamen reliquias peccati originalis, quæ sint malum culpæ & peccatum, ob quod homo damnari posset, si Deus imputare vellet. Lutherus & Melanchthon mentiuntur idem docere S. Augustinum.

FUNDAMENTVM eorum est, quod pudent Concupiscentiam esse propriæ peccatum, et si repugnemus ei, & nil contentiamus De quo suprà par. 1. & infra par. 4.

AVTOR. Baptismus verè tollit omnia peccata, ut nil remaneat, quod imputari queat. 1. Quia, Scriptura vtitur vocibus mundandi, lauandi, tollendi, delendi, auferendi. &c. quæ per Non impunitari non possunt exponi. PI. 50 Delet iniquitatem meam. Mich. 7. Aufers iniquitatem. Eph. 5. Mundans eam lauacro.

2. Quia dicit, tolli maculas, inquinamenta, & iniquitates: quæ voces significant foeditatem, non solum reatum imputa-

L I titi-



titum. Cant. 4. Tota pulc. &c. & macula non est in te. Eph. 1. Elegis nos, ut essemus sancti & immaculati; Col. 1. & irreprehensibiles. 2. Cor. 7. Iubemur exuere veterem hominem & induere nouum.

Quia, comparatur ea mundatio rebus verè mundis. Ps. 50. Lauabis me, & super Niuem dealbabor. Isa. 1. Sicut nix, sicut lana, alba erunt. Isa. 44. Deleui ut Nubem iniquitates tuas, & quasi nebula m peccata.

4. Quia, Baptismus continet similitudinem mortis & resurrectionis Dominicæ. Rom. 6. Consepulti sumus cum Christo per Baptismum in morte. &c. Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus, quia semel etiam vivemus cum Christo. Tit. 3. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. Vnde pulchre S. Augusti in Enchirid. c. 52. Sicut in illo vera mors facta est; sic in vobis vera remissio peccatorum: & ut in illo vera resurrectio; ita in nobis vera iustificatio.

5. Figuræ id docent. Mare rubrum, 1. Corinsh. 10. submergens Ægyptios. Iordanis, 4. Reg. 5. sanans lepram. Porcorum, Matth. 8. suffocatio. Probatæ, Ioann. 5. cæci, Ioann. 9. curatio loti. Circumcisio verè realis. Greg. libr. 9. epist. 39. Qui dicit peccata in Baptismate non funditus dimitit; dicat in mari rubro Ægyptios non veraciter mortuos. Vide Geneal. p. 3. q. 7. & Antichristum p. 3. q. 13.

#### Q VÆSTIO XXVI.

An Baptismus reddat homines impeccabiles?

LUTHERVS 1 de Cap. Baby. c. ad Bapt. errorem. Tempore S. Augustini coortum, ipso teste l. 21. Ciu. cap. 23. Baptizatos non poss. damnari, eti perditissime vixerint, innoverint. Non verba sunt: Non potest homo damnari, nisi non sit credere.

Cuius duplex est sensus. 1. Nullum esse verè peccatum, & in se mortale, n. si incredulitatem, Et hunc ne-

gant aduersarii; quin contra contendont; omnia opera etiam optima, in se esse peccata mortalia, intransigenti iusti in Dei.

2. *Sensus.* Qui habet fidem, nullum habere peccatum, nec perire posse: & qui peccat, hoc ipso non credere: adeo omnia peccata tali coniuncta cum infidelitate; & fidem confirmatione. Ita exponit Kennitius: admititque Calvinus: Ut enim aiunt, peccata destruunt fidem; ita fides reuulsens destruit peccata.

3. *Sensus:* Posse hominem, dum peccat, redire: demiat peccata, ob fidem, non imputari. Hunc etiam Epicureum dicunt Kennitius & Calvinus, in Antid. 5ff. 7. Cor. 6. & esseque Lutheri negat Kennitius. Quicquid ergo Lutherus est innovato, haec est, tempore S. Augustini exposita, ac ab eo refutata.

CALVINVS in Antid. Seß. 7. Can. 7. ait: semel verè iustificatum excidere salutem & gratiam nunquam posse. Idem Inß. 3. c. 2. §. 11. 12. Veram fidem, ait, semel habitam amitti non posse; esseque donum electorum proprium. Et Baptismo, tanquam Dei chirographo, nos certiores reddi de perpetua adoptionis gratia. Sic olim & Iouinianus.

AVTOR. Conc. Trid. Seß. 7. Can. 6. prædicta omnia damnavit. 1. Iouinianum Caluinum refutauit S. Hieronymus. 1. 2. contra Iouin. & S. Aug. l. de heres. c. 8. ex S. Scriptura Rom. 11. Tu fide stas; nolis alii sapere. Heb. 6. Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, renouari ad paenitentiam. 2. Pet. 2. Melius erat eis non cognoscere viam iustitiae. Act. 8. Simon baptizatus credidit, & tandem excidit. Istud igitur, 1. Ioa. 5. Omnes. &c intelligendum est in sensu compagno; ceu istud Matt. 7. Non potest arbor bona malos fructus facere: scil. dum manerit bona Ira Aug. Hieronymus.

II. Alterum errorem, Anonymum omnium, nunc Lutheranum, refellit S. Aug. l. de heres. c. 82. & lib. de fide & operibus: istis: 1. Rom. 8. Si secundū carnem vixeritis, morierint. 4. Cor. 6. Nolite errare; neg. fornicationem.

iii, neq; fures. &c. regnū Dei possidebunt &c.  
2. Si ita, ut vult Calvinius, nulli unquam  
fuerint Apostatae: At Act. 20. Ex vobis i-  
psi exurget viri loquètes peruersi, ut abdu-  
cant discipulos post se. 1. Tim. 1. Quidam nau-  
fragauerunt circa fidem. 1. Tim. 4. In nouis  
sum temporibus discedent quidam à verita-  
te. 1. Ioan. 2. Ex vobis exierunt.

III. Iam senbus tertius est Lutheri,  
quantumuis neget Kemnitius.

Nam ita Lutherus de Capt. Babyl. c. de Bapt. Nulla  
peccatum eum possunt damnare, nisi sola in credulitate: cate-  
cismi, si redat, vel fidei in promissionum diuinam  
baptizatio factam, in momento absorbenur per eandem fidem. Idem l. de libert. Christiana: Non facit persona bo-  
nam, nisi fides; nec maius, nisi sincere dulit. Idem q. An o-  
pera faciant ad salutem; assert. 1. Ut nihil iustificat nisi  
fides a nihil peccat nisi sine dulitate. Affir. 2. Iustifica-  
tio propria est fidei quarto modo: Et peccatum in credula-  
tate. &c.

Sensus secundus est hæreticus. Quia,  
1. Cor. 13. Si habuero omnem fidem, ita ut  
montes transferam; charitatem autem non ha-  
buero, nihil sum. Vide Geneal. p. 3. q. 8.

#### Q V A E S T I O XXVII.

An per Baptismum liber inter homines  
a seruanda legi?

VTHERAN i omnes: in primitu Kemni in Exam p.  
2. pag. 216. ita docet: Facere contra legem est peccatum  
quidem: Non tamen imputatur habenti b. fidem. Quia  
fides non pender ab impletione legis; sed à tola Dei mi-  
sericordia, quæ per fidem apprehenditur. Ideo fer. Cō-  
munis est: Christiani non obligantur ad legem diuinam;  
sed tantum ad fidem. Et inde consilium Christiana libertas.  
Ita Luth. de Votis Monast. Vnde idem in Gal. 2. Si con-  
scientia dicitat. Peccati response, Peccati. Ergo Deus pu-  
nies et damnabis Non. At ex Dei hoc dicit. Sed nihil mihi  
cum lego. Quare? Quia habeo libertatem.

CALVINUS Inst. 3.c. 29. §. 2. 4. 7. idem: Ac  
in Antid. Seß. 7. Can. 7. profiteretur hunc Cá. 7.  
contra seā, suorumq; sententiā esse possum.  
SVADIT istis Kemni, ibid. & vulnatur duo dicens. 1.  
Lutherū non docere libertatem ab obedientia legis; sed  
gratia Baptismi & iustificatione non pendere à Conditione  
legis impletat; quali nemo sanguinetur, n. si qui id ante-  
metuerit obseruatā legē; sed gratis dari salutē. 2. Cō-  
cil. definit; quod Salus pendeat à Conditione legis ob-  
seruatā. At hæc est mens pseudoapostolorū, teste Gal. 5.

Qui circumcidit, debitor est universa legis facienda; sc.  
ante Circumcisionem Ego Conc. concivit cum pseudo-  
apostolis. 3. Menititur; Quia in Baptismo renunciamus  
Satan, & profitemur nos Deo servituros; inde collige  
Conc. Trid. quod. G. atq. Baptismi non pendeat à tola fi-  
dei; sed à Conditione legis. 4. Quia, non baptizamus in  
M. ysen, sed in Christū, id est, non in Legē, sed Euangeliū:  
videlicet, gratia Baptismi ab Legis obedientia pendeat.

AVTOR. Conc. Trid. Can. 7. ita habet.  
Bapt. non id efficit, ut homo solus fidei debi-  
tor sit; non autē implēde universa legis Chri-  
stiane. Quia Mat 19. Si vis ad vitā ingredi,  
seruamādata. Ro 8. Debitor est sumus nō car-  
ni. &c. Sin. secūdū carnē vixit, moriēmi-  
ni: Si autē spiritu facta carnis mortis caueritis,  
vixit. Nā, Gal. 6. Quæ quis seminaverit,  
hac et metet. &c. Resp. ad hęc Luth. est tale:

LUTHERVS in Gal. 3. Cum illaqueat te argumentum  
ex Scriptura, pro definitione bonorū operū defunctis, respō-  
de: Hic meū est Christus; illuc nō bisū Scriptura testimoniū  
pro operib. Christus autē Dominus est Scriptura, &  
benoētōp. u. usq. de simpliciter: Tu virges seruum,  
id est, Scripturam, quam relinquo tibi; Ego Virgo Domini  
num, qui Rex est Scriptura.

AVTOR. Ni mirum hic alias merā cre-  
pat. Scripturam, ut Patres reiiciat; præ-  
que his solus audiatur. Nunc & præ Scripturis audiri affectat.

DICO AD I. Kemnitii. At disertē  
cōtrariū ita Luth. l. de libert. Christiana.

Nullo o: cre, nullā legē Christiano homini opus est; cum  
per fidēliber sit ab omni legē. In a.g. ad Gal. 3. ūma ars &  
sapientia Christiana est. Nescire legē ignorare opera, et eos  
tam iūtiūdā seruam. Et infra: Ad nouum hominem ni-  
hil pertinet lex: ut note obliterarū impossibilis.

AD II. Mentitur Kemni: quin Con-  
trariū definit Conc. Seß. 6. Can. 8. sc. Nulla  
nostra merita esse ante gratiā iustificatio-  
nis. Et Can. 7. Ab ipso Bapt. nasci debitū  
seruanda legis Christi. Nec Concil. cita-  
uit Paulum: Et hic habet, post Circumci-  
sionem nasci obseruanda legis debitū, nō  
ante. Nec Paulus loquitur de abusu pseu-  
doapostolorum: teste Caluino in Antid.  
ad Can. 7. sed ex sua mente. Vnde ait: Testi-  
ficator omni homini. &c.

Ll 2 Ad



**A D III. & IV.** Somniat, singit, & affingit nobis sua deliria: Ecquæ enim consequentia: profitemur in Baptismo, nos Deo seruituros: verum est: Ergo, dicimus, Baptismi gratia pendet à legis cōditione? Vah putidam consequentiam; sed Kemnitianam, nunquam nostram.

## Q V A E S T I O XXVIII.

*An Baptismus liberet à lege Ecclesiastica?*

**L**UTHERVS in Capt. Babyl. c. de Bapt. Papam non potest ullam hominem per ullam syllabam obligare in conscientia. Idc reo Baptismus, cūm liberet à lege diuina obligante conscientias sic, ut, tametsi peccent in eam, non tamen impunetur: magis liberat ab Ecclesiastib; legibus nil obligantibus, nec reatum inducentibus, et si studiosè peccet, ut in ipsis.

**CALVINVS** in Antidoto Seſt. 7. Can. 8. Lutherum propugnat; impugnat Tridentinum Concilium.

**SVAVENT.** 1. *Vnus est salvator, Iac. 4.* qui potest perdere & salvare: *Vbi hoc falso sum esse demonstrauerint, non recusabimus, quin suis nos legibus adstringant.*

2. Kemnitii in Exam. Per Baptismum addicimus, diuina seruituti: ergo liberantur ab omnibus aliis vinculis. 3. Atque hoc est, quod Scriptura passim docet: Mr. vi. Baptizantes eos in Epc. docentes servare eos, quaecunque mandauit vobis. 4. 1. Cor. 7. Presto emti estis, nolite fieri servi hominum. 5. Col. 2. Simorius, filius cum Christo ab elementis huius mundi; quid adhuc decretis mundi teremini, iuxta manda & doctrinas hominum? Ezech 20. In præceptis Patrum vestrorum nolite ambulare. Matth. 15. Frattra colunt me mandatis hominum.

**A V T O R.** Ita Concil. Trident. Seſt. 7. Can. 8. Non liberat Baptismus homines ab obligatione Ecclesiastice legis. Supra par. 2. q. de Pontif. id docuimus, Papam obligare conscientias posse.

**D I C O A D I.** *Vnus est, contra, & supra quem nemo potest ligat, occidit;* & quis est qui soluat, vivificet? At subdelegatos habet & in Ecclesia, & in Politia.

**S.** Iacobus autem voluit, non detrahendū esse hominibus: *Qui enim ait, detrahit fratri, detrahit legi. Qui detrahit legi, iudicatur legē.* Nullus autem id attentare datur: quia *Vnus est legislator, supremus omnia, tametsi Scriptura etiam hominibus titulum officiumq; iudicis tribuat. Pro 3. Per me Reges regnant, & Legum Conditorum iusta decernunt.*

**A D II.** Liberamur à lege Christo contraria, quæ impedit seruire Deo: at Ecclesiastica iuuat. Vnde Apostolus iubet obediſſi Magistratui: *Eph. 6. Col. 3. Rom. 13. Heb. 13.*

**A D III.** Atqui mandauit obediſſi Prælatis: *Luc. 10. Quis vos audit, me audit.*

**A D IV.** Quatenus contrarii sunt Deo, nolite. Cæteroquin seruite etiam hominibus propter Deum. *Col. 3. Sicut obedire dominis tanquam Christo. Denique suprà q. 19,*

## Q V A E S T I O XXIX.

*An Baptismus liberet à Voto?*

**L**UTHERVS in Capt. Babyl. c. de Capt. & l. de Voto monast. Kemnitius, turbatus cætera, aiunt.

Item CALVINVS in Antid. Seſt. 7. Can. 8. cum assclis affirmat, liberare à Voto & cætis ante, & post futuris, stante vnico bapt. malo. 1. Quia, Deus in Veteri Testamento de singulis disposuit Votis; in Nono nihil. 2. Si voleamus res præceptas, frustat id: Cum Baptismi votum omnia præcepta complectatur: Si non præcepimus; Baptismo soluimus. 3. In Baptismo plus volemus, quam soluendo simus: ergo difficit Deo itala promissio.

**A V T O R.** Ita Concilium Tridentinum



num Sess 7. Can. 9. Per Baptismum non sunt irrita omnia vota. Vide Iuris p. 2.  
1. Quia, vota sunt de iure naturae. Patet Genes. 28. in voto Iacob. 2. Etiam Apostoli præcepereunt de Votis observandis. 1. Tim. 5. &c. 3. Psal. 75. 3. Vouete, & reddite. Eccl. 5. Si quid voulisti Deo, non moreris reddere. Et haec sunt moralia, non ceremonialia. Plura in responsionibus.

DICO AD I. Prius verum; falsum posterius. Liquet hic, & suprà.

AD II. Res præceptæ, accedente voto, ligant arctius; faciuntque duarum actus virtutum. Non præceptæ, sed licetæ, per votum necessariæ, facilius faciunt abstinere ab illicitis, Deoque adstringunt arctius. Quin, violatio voti repugnat Baptismo: Nam in hoc profitemur, nos Legem Dei obseruaturos: at soluere vota præcipit Lex Dei. De quo alibi.

AD III. Blasphemum est assumptū. Nam Matth. II. Iugum meum suave est, & onus meum leue. Rom. 8. Christus mortuus est, iustificatio legis impleretur in nobis.

Neque idecirco Baptismus est insufficiens ad salutem; sed Vota plus adiuuāt. Demum & Iudæi in Circumcisione pollicebantur obseruationem legis, & tamen vovere poterant ad melius maiusque Dei obsequium; quanto magis in altiorem inuadere perfectionem fas, parque Christianis?

QVÆSTIO XXX.

An Memoria Baptismi dimittat peccata post acceptum eum facta?

VTRICERVS in Cap. Babyl. cap. de Bapt. Kemnitius in Exam. Caluinus in Antid. Sess. 7. Can. 10. & Institut. 1. 4. c. 15. §. 3. 4. Ceterique vniuersi affirmant simpliciter; & propugnant pertinaciter. Sic, quod Baptismus iustificet repræsentando promissionem, excitandoque fidem: Idem verò præstat memoria, repræsentando & excitando. Vnde Pœnitentia nihil est, nisi memoria Baptismi, tollens penas cum culpis. Quocirca male Tertullianus libr. de Pœnitent. & Hieronymus in Isa. 3. ait: Pœnitentia est secunda post naufragium tabula: quod Baptismus nuaquā frangatur. Vnde plura nobis affingunt & impingunt mendacia: de quibus in Antipap. mend. p. 3. q. 4.

SVADENT istis. 1. Lothervs: Quia Mar. vlt. Qui crediderit, & Baptizatus fuerit, saluus erit. At hoc semper verum permanet. Ita Israelites repetabant memoria exitum de Ægypto. 2. Kemnitius. Quia, in Scripturis mentione de Effectu Baptismi iam in præterito, nunc futuro, alias presenti: Ut Tit. 3. Sa'nos nos fecit per lavacrum. Mat. vlt. Saluus erit. 1. Pet. 3. Saluos nos facit Eph. 5. Mundans eam lavacro. 3. Kemnitius. Quia, fœdus Domini cum homine perpetuum est, Isa 54. In misericordia sempiterna misericordia tua. Rom. 3. Nunquid incredulitas eorum sedem Dieneruauit? 2. Tim. 2. Si non creditus, illud fidelis permanet, negare sibi non potest. 1. Cor. 3. Fornicata es cum amatoribus mulier; tamen reuertere ad me. Ego o fœdus Baptismi non frangitur unquam. Hinc Gal. 3. & 1. Cor. 11. lapso reuocatus ad promissionem gratia baptismalis. Demum Tit. 3. Ut iustificati gratia Christi hæredes sumus vita eterna: at hæc est generalis ratio iustificationis pro omni tempore.

4. Caluinus. Quia, in Baptismo communicatur Christi puritas: at hæc semper viget. Vnde Pætres reprehendunt eos, qui Baptismum differunt ad vitæ finem.

5. Caluinus. Potestes Clavium nequit separari à Baptismo: neutra enim exercetur sine prædicatione Christi passi; cuius signum est Baptismus.

A V T O R. Ita Conciliū Tridentin. Sess. 7. Can. 10. Non potest fieri, ut sola memoriam & fidem suscepit Baptismi peccata remittantur, qua post Baptismum sunt; sed necessarium est. Pœnitentia. Sacramentum.

LI 3. 1. Quia,



1. Quia, Heb. 9. *Impossibile est eos, qui semel illuminati sunt, iterum renouari ad pœnitentiam.* Vbi non dicimus cum Nouatianis, non dari redditum ad gratiam; sed nō ad Baptismum dari docem⁹ cum Ambrosio, Chrysostomo &c. Id quod Kemnitius concedit in *Examin.* pag. 240. Patetque è vocibus Illuminati, reuocati, Crucifigentes filium Dei; quæ propria sunt Baptismi. Neque solum iterari posse negat Baptismum Apostolus; sed etiam baptis̄ malem pœnitentiam: ideo ait *renouari ad pœnitentiam;* non ait, ad Baptismum. Deinde; eius propositum est baptizatos detergere à peccato; quod non pari facilitate pœnitere possint, quam baptizari. At par, ac leuior facilitas est Lutheranis.

2. Quia 8 Patres relapsi graues impetuere pœnitentias: quos ideo Calu. *Inß.* L. 3. c. 4. §. 38. aut lapsi⁹ ait, aut austere nimis locutos.

3. Ratio. Quia, baptizati sciunt voluntatem Domini, & contra faciunt; nondum baptizati nescientes eam, peccauerunt; istud autem est grauius: ideo & reconciliatio difficilior.

DICO AD I. Est ea quidem perpetua; sed conditionata. Alioquin omnes apostatae saluarentur. Nec memoria exitus ex Ægypto delebat peccata; sed arguebat peccantium ingratitudinem. Nec repetita animo Circumcisio delere valebat actualia; similius Baptismo.

AD II. De præteritis concedimus: istud, *saluus erit &c.* conditionatum est; scilicet, si ita permanerit in gratia. Et, Rom 6. Baptismi fructum habebis in remissionem; Finem verò vitam aeternam: iste Baptismi, hic perseveratiæ est. I. Pet. 3.

comparantur tempora Baptismi & diluvii. Ephes. 5. semper mundat, non coladem, sed alios atque alios. Et futura peccata eatentis purgat, q̄ nō nisi baptizatis prospicit pœnitentia. Et, Rom. 6. docetur qui caueri, non qui remitti, debent peccata.

AD III. Improbè Scripturis abutitur Kemnitius. Nam, Isa. 54. est abolita promissio de fouenda semper Ecclesia, vt sponsa. Roman. 3. absoluta demittendo Missia. 2. Tim. 2. Est conditionata: *Si sustinemus; & continemus;* ne gauemus, & ille negabit nos. Ierem. 3. De receptione ad gratiam, non ad Baptismum agitur. Gal. 3. docet, non iustificari per Circumcisio[n]em, i. Corinth. 11. Nec gry de lapsis. Ad ultimum negatur consequentia. Nam latius patet iustificari per Christum; quam iustificari in Baptismo per Christum.

AD IV. Non iustificamur iustitia Christi nobis imputata; vt præsupponit Caluinus; sed propriâ inhærente nobis quæ peccato extinguitur. Et Patresculabant dilationem Baptismi ob periculum & ob priuationem honorū Baptismi. &c. Sique futura deleri peccata credidissent per Baptismi memoriam; non erat causa differendi eum.

AD V. At Eucharistia item est lignum effusi Dominici sanguinis: ergo per hoc solum fieret reconciliatio. Et fallum est, coniuncta esse Claves & Baptisma.

&c.

Quz.



## QVÆSTIO XXXI.

*An Baptismus Ioannis sit idem, quod Christi Sacramentum?*

**L**UTHERVS lib. de Baptismo Legis, Ioannis, Christi, via afferit discrimina Ioannis, non fuisse Sacramentum Non remississe peccata; Tu si re-baptizandos in Christo.

**L**UTHERANI omnes & CALVINIANI, & Zwingiani; quod ea sententia patrum cum cetera de Sacramentis doctrina ex haeretis contrarium docuerunt. Kemnitius solam re-baptizationem in Christo relinquit in medio. Petilianus Donatista idem olim est commentus.

**A V T O R.** Christi & Ioannis Baptisma non fuerunt idem Sacramentum. 1. Quia, suum Ioannes ipse Baptisma instituerat: unde & nomen tulit ab autore, non ut a ministro. Nec enim hominis est, Sacramentum nouæ legis instituere. 2. Quia, non baptizauit in nomine S. Trinitatis: quod singunt Centuriatores 1. b. 2. c. 6: Etsi, Act. 19. in eum, qui venturus esset post eum, ut crederent.

Probabile, nullâ vsum formâ: sed cæteros baptizasit, ut Christum: at Christum in nomine Venturi ab eo baptizatum fuisse ridiculum videtur. 3. Quia, Melanchthon in Locis anni 1558. Kemn. in definitione Sacramenti, volunt Baptismum & Cœnam à Christo instituta esse, & solum potuisse. 4. Quia, Baptismus Christinō debet iterari; debuit autē Ioannis: Quia, ait Aug. l. 5. de Bapt. c. 9. *Baptisma Ioannis non facit Baptismū Christi.* 5. Petilianus Donatistam S. August lib. 2 contra lueras Petiliani, c. 32. 34. 37 iam olim refutauit; at damnauit haeresios, idem dicentem; Vnum ciuidemque efficaciam esse Sacramentum Baptismum Ioannis & Christi. Vide Genesal p. 3. q. 9.

## QVÆSTIO XXXII.

*An Baptismus Christi & Ioannis eiusdem fuerint efficacia Sacramentalis?*

**L**UTHERANI, excepto Lutherio, itemq; CALVINIANI post Caluinum in Antid. & Inst. l. 4. c. 15. §. 7. 8. affirmant omnes.

**S**VADENT istis. 1. Quia erat, Mir. i. Predicans Baptismum penitentia in remissionem peccatorum. 2. Quia, in hoc. Mar. i. *Ego baptizavi vos aquâ; ille vos baptizabit in Spiritu S.* distinguitur ministerium externum Baptista ab interno Christi. Deinde, Baptismus Christi erat hic illa Pentecostalis missio Sp. Sancti: iuxta Act. 1. ii. 3. Patres Caluino temnendi sunt.

**A V T O R.** Ita Concil. Trid. Sess. 7. Can. 1. *Si quis dixerit, Baptismum Ioannis habuisse eandem vim cum Baptismo Christi; anathema sit.* 1. Mar. i. *Ego baptizo uici vos.* &c. 2. Sic S. Patres quâ Græci, quâ Latini apud Bell. l. 1. de Bapt. c. 21. 3. Ioannis officium erat, esse præcursorum Domini, parareq; viâ ei; quod non est dare salutem, sed disponere & dare scieniam salutis. Baptismus autem Christi iustificat verè.

**D I C O A D I.** Baptism⁹ Ioannis vim habuit ex opere operantis ad remittēda peccata; at nō ex opere operato, ut Christi: de qua quæstio est. Istud vero maximū est discrimen. Ita Patres.

**A D II.** Non Ministerii; sed Temporis fit distinctio quo distincti sunt dati Baptismi: Matth. 3. Luc. 3. *Ego baptizo. &c. ille baptizabit.* Baptismus vero Christi à Sanctis Patribus intelligitur isthic ille in aqua, non solum in igne. In primitiva autem Ecclesia, post Baptismum aquæ mittebatur & in igne visibilis. Fuerunt enim tria Baptismata:

Aqua



Aquæ solius, ut Ioannis: In igne solo & Spiritu S. vt pentecostalis: In aqua & Spiritu S. vt communis, *Ioann. 3.*

**A D III.** Contemnere S. Patres, non est respōdere. Kemnitius in Exam. par. 2. pag. 190. ait cautius: *Relinquatur hec quæstio in medio; ut que in utramque partem rationes habeat.* Sed de hoc ita queritur:

### Q V A E S T I O     XXXII.

*An post Baptismum Ioannis debuerit percipi Baptismus Christi?*

**L**UTHERANVS Kemnitius dubitat. CALVINVS, ceterique omnes negant. Et istud, *Act. 19.* Pauli iussum de baptizandis in nomine Christi baptizatis Baptismo Ioannis, variis exponuntur.

1. Zwinglius lib. de vera & falsa religione, vult totum eo capite vocem, *Baptismus, accipi metu horicē pro Doctrina Christi, aut Ioanni.* 2. Lucas Losius in *Act. 19.* sic capi: sed Baptismum Ioannis, pro Doctrina; ac Christi, pro donis S. Spiritus. 3. Henricus Bullinger in *Act. 19.* Capi Baptismum Ioannis pro doctrina; Christi, proprie. 4. Kemnitius in *Exam. par. 2 pag. 198.* contra Christi Baptismum capi pro doctrina; Ioannis propriè, illoque XII. duntaxat semel baptizato: esse.

5. CALVINVS *Instit. lib. 4. cap. 15. §. 18.* Christi Baptismum capi impropiè pro donis Spiritus Sancti, non pro doctrina: Ioannis propriè.

6. Nicolaus Selneccerus *part. 2. Padagogie;* Baptismum ibi semper accipi proprie. sed agiō um de Ioannis Baptismo: Et illa, *Hū auditus baptizati sunt in nomine Domini;* esse verba Pauli, non Lucas, narrantis, quid agerent discipuli Ioannis, audientes prædicationem eius de venturo Christo; scilicet baptizabantur à Ioanne in nomine Christi. 7. Magdeburgenses *Cent. 1. l. 2.c.* 6. Bucer in *Ma th. 3.* Vocem Baptismi capi proprie toto capite, bisque eos XII. baptizatos, quod adulterato Ioannis Baptismo essent tincti sine Sp. Sancti nomine. Fauct multum S. Ambri. in *Gal. 5. & lib. 1. de Sp. S. c 3.* scilicet defactum formæ fuisse. 8. Otto Arunselcius ad *Act. 19.* Formam fuisse corruptam, sed non in conceptis verbis, verum quid nescissent ii XII. doctrinam & Baptismum Christi. 9. Musculus in *Locut. de Bap.* Illos XII. male fuisse rebaptizatos, & an è quam Paulus cōveniret. 10. Kemnitius *pag. 196 & 202.* Locum esse obscurum: ex obscuris autem nūl probari posse.

**A V T O R.** Necesse fuit baptizatos Baptismo Ioannis rebaptizari Baptismo Christi. 1. Quia, *Matt. 3. Luc. 3. Mar. 1.* *Ego baptizo in aqua, ille vos baptizabit in Spiritu Sancto & igne.* Vbi fit collatio vtriusque, teste Communi Patrum Amb: Hieron. Chrysoſt. Hilarii, &c. 2. Liquet ex historia facti: nam exhibant ad Ioannem omnis Ierosolyma, Iudea, vicinæque Iordanis regiones, ut baptizarentur; sive plerique erant baptizati. Unde inter tot die Pentecostes conuersos necesse erat multos rebaptizari. 3. *Quia, Act. 19.* fassū XII. viri, se non nisi Baptismo Ioannis Baptizatos, iussu Pauli sunt in Baptismo Christi realiter, verè, & formaliter. Ita contentus Patrum indubitate; quicquid dubitent nouitii Novatores.

**D I C O A D I & II.** Nefas in historicis fingere tropos, vbi propriā liquent, ex communi consensu.

**A D III. IV. V.** Absurda tropologia est. Et S. Ambr. ait verè, propriè baptizatos; quod cum ait Kemnitius pagina 198. negare, & pagina 199. affirmare.

**A D VI.** Argutè, sed non piē. Sed si ista: *bis auditis baptizati sunt:* verbasint Ioannis ad populum; ergo aut bis baptizatus est populus à Ioanne; aut Paulus malè narrauit factum.

**A D VII.** Nititur falso: scilicet Ioannem baptizasse in nomine Trinitatis, aut Christi venturi. fitque iniuria S. Ambroſio.

**A D VIII.** Ignorantia non annullat Baptismum acceptum: alioquin, ait Caluinus *Instit. libr. 4. cap. 15. §. 16.* non sufficerent flumina talibus rebaptizandis.

AD



**A D IX.** Hæc est depravatio textus: nam auditio Paulo & iubente, baptizati sunt.

**A D X.** Hæreticorum dissensionib<sup>z</sup> nulla Scriptura censetur obscura; in qua liquet constans S. Patrum Consensus.

#### Q VÆST I O    XXXIV.

*Eque in his Objectionum Lutheri Calvinisticarum constat. Solutio?*

**C**ALVINVS, vbi suprà. In utroq; Bapt. eadem fuit doctrina, titus, oblatio gratie ergo idem uterque fuit. Nam Ioannes predicauit Christum esse hostiam pro peccatis: *Ecce Agnus &c.* Ritus; baptizauit aquâ, & in nomine Christi: Grata; quia in pœnitentiâ & remissionem peccatorum.

**I.** KEMNITIUS pag. 183 Eph. 4. docetur in Nouo Testamento unum esse Corpus, Spiritum, unam spem, fidem, unum Dominum, Patrem. At hæc omnia inerat predicationi Ioannis: ideo & idem Baptisma fuit utriusque.

**III.** Eiusdem. Quia, suauissima consolatio Christianorum, ex eodem Baptismo communis perit, si non est idem Christi & Ioannis. Christus autem est Ioannis Baptismo baptizatus; nos Christi.

**IV.** Dum baptizauit Christum Ioannes; aquæ omnes sunt sanctæ factæ tactu Christi & presentia Spiritus Sancti & voce Patris; at eadem & in nostro Christi adiunxit Baptisma ergo idem est uterque.

**V.** Eiusdem pag. 119. Efficiuntur, t. Cor. 2. Baptismo unum Christi Corpus; ergo idem Baptisma Christi accipimus.

**VI.** Unum Christi Corpus sumus et iam cum baptizatis à prædicto Baptista, cumque ipso Ioanne, à quo & Apostoli sunt baptizati, & Apollo, Ad. 18, & à suis discipulis ipse Ioannes.

**D I C O A D I.** Hic Achilles est omnium. At Doctrina nil facit ad essentiam Sacramenti: alioquin hæretici haberent falsum Baptismum; quod Calvinus & Lutherani negant. Ritus idem facit in materia sed non in forma. Quo ad gratiam, falsum est. Nam Baptismus æ-

nientiae erat Ioannis; at Baptismus Christi non dicitur pœnitentia, sed lauacrum regenerationis: hoc pœnitentia est disposi-  
tio, Act. 2. Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum, idque in remissionem peccatorum, ut immediatum effectum ex opere operato: at in Baptismo Ioannis era-  
rat ea aliqua, nō par, sed ex opere operantis, & vi pœnitentiae, non Baptismi. Ita Basil. Nyss. At Tertull. l. de Bapt. Aug. lib. 5.  
contra Donatist. c. 10. Greg. hom. 20. in Eu-  
ang. Beda in Luc. 3. hoc, in remissionem pec-  
catorum referunt ad Baptismum Christi.

**A D II.** Ergo tempore Moysis & Dauidis fuisse Christi Baptismus: quia & tuncilla fuerunt Vnum. Item hæretico-  
rum Baptisma non esset verum, quia nō  
est una doctrina &c.

**A D III.** Cum Baptismus Christi sit lauacrum regenerationis, in adoptionē filiorum Dei necessarius; eum Christo tribuere, est ei iniuria irrogare quasi filius Dei indiguisset adoptione.

**A D IV.** Antè, quād Christus ba-  
ptizaretur, idem erat Baptismus Ioannis,  
qui postea: non tamen is, quem Domi-  
nus accepit, erat idem cum nostro. Nam  
nostrum non accepit Christus; sed insti-  
tuit; illum Ioannis accepit, sed non in-  
stituit.

**A D V.** Efficiuntur unum cum Christo  
Corpus, per Baptismum, quia indige-  
mus: Christus non indiguit fieri Caput;  
quod factus est in uno hypostatica, non  
baptismo.

**A D VI.** Ecclesia semper unum fuit  
Corpus mysticum; sed non eodem sem-  
per medio, alias Circumcisionis, utrem-  
pore baptistæ: nunc baptismi. Apostoli  
vero sunt baptizati baptismo Christi,

Mm aiunt



aiunt Tertull. l. de Bapt. Aug. ep. 108. &c.  
Quia, Ioann. 3. Nisi quis renatus. &c. Et  
si, quod sint baptizati, nusquam sit scri-  
ptum; sicut neque de Galatis, Ephesiis,  
Philippensisibus, Philem. Timo. Tito,  
& aliis, tamen baptizatis. De Baptista  
per Christum baptizato nec scriptum  
est, nec contrarium est scriptum. Et,  
mortuus est antē, quām Christi Baptis-  
mus institueretur.

## Q V A E S T I O    XXXV.

*An suetā baptismale Ceremonia  
sint toleranda?*

LUTHERANI Magdeb. Cent. 1. l. 2. c. 6. au-  
tore Illyrico respidunt eō, quod in Scri-  
ptura nullo sīnt praecepto, vel exemplo com-  
mendatae. CALVINVS Inst. l. 4. c. 15 §. 19. a-  
cerbè omnes auersatur. Imitati suum Ioan-  
nem Wicelsum. Sacris Ritibus infestissi-  
mum.

A U T O R. I. Ipse Caluinus prescri-  
bit ritus extra Scripturam, in libello de  
formula Sacramentorum ministrandorum.  
1. Dominica die, aut alia concionatoria  
adferantur baptizandi. 2. Patrini inter-  
rogati spondeant se curaturos institui  
Christianè pueros. 3. Nomē imponatur.  
4. Forma Sacramenti proferatur lingua  
patria. 5. Recitetur Credo, Pater, aliq;  
preces. Lutherani addunt; 6. Abrenunci-  
ationem Satanæ & pomparum eius. Ita  
Agenda Saxonica, Illyricus, Kemnitius. 7.  
Luther. in suo Catechismo vult pingi Cru-  
cem in fronte & pectore infantis. A T.,  
talium nihil usquam in Scriptura prae-  
pitur: vt ipsi Magdeb. notarunt.

II. R I T U S autem Catholicī sunt an-  
tiquissimi, planeque Apostolici. Vt 1.  
de Abrenunciatione Satanæ Clemens l.

7. Conf. c. 41. 42 Dionys. Arcop. de Eccl  
hierarch. c. de Bapt. Tertull. l. de Spec. Cyr.  
Cyr. Basil. &c. 2. Deinde de professione  
fidei, iidem, Orig. hom. 5. in Num. Hilar.  
Hier. &c. 3. De signo Crucis Dionys. B4.  
situs, Augustinus.

4. De Exorcismo, quem Calu. Inst. l.  
4. c. 19. §. 24. detestatur, confessio contesta-  
taque habet Ecclesia: scilicet. Potestatem  
coercendi demones exorcismis, teste Lu-  
stino in dialogo: Tertull. l. de Corona militi-  
cis. Laclant. l. 2. c. 16. Cypr. Item officium  
ordinarium exorcisandi, teste Concilio  
Antiocheno. Can. 10. Carthag IV. Laod.  
& Patribus. Item certos exorcismos &  
preces prescriptas: Conc. Carth. IV. Can. 7.  
&c. Item Baptismales rit⁹ solēnes, teste  
Dionys. Naz. Cypr. Ambrosio. Ex illo  
iis iungi solita; August. Ambr.

5. De Gustu salis: Orig. hom. 6. in Eccl  
Conc. III. Carthag. Aug. 1. Confess. c. II.  
Signabar signo Crucis eius, & condubatur  
sale. 6. De Saluia ad aures & nates, ex-  
puit Caluinus; At contra Ambr. l. 1. de Si-  
crament. c. 1. & Dominus Mar. 7. 7. Di-  
positione manuum, Dionys. Clem. l. 7. C.  
tit. c. 39. &c. 8. De Unctione olei in po-  
ctora & scapulis: Clemens l. 3. recognitio.  
Chrys. hom. 6. in Col. 2. &c. Hi Ritus sunt  
præcedentes Baptismum.

Comitantes baptismum sunt, 1. No-  
minis impositio; sicut in Circumcisione,  
Luc. 1. 2. &c. 2. Patrinorum sponsio de  
instructione: Dionys. Tertull. &c. 3. Con-  
secratio aquæ: idem Patres. 4. Merito  
trina. ob tres personas; non vt Ariani, ob  
tres naturas.

Sequentes Bapt. sunt: 1. Osculum pa-  
cis, vt fratri. Cyp. &c. 2. Unctio Christi-  
tis in vertice, Hier. Damasus. &c. 3. Ce-  
reus

reus ardens infanti datus, ut signum fideli. Nazianz. Aug. in Ps. 50. 4. Vestis candida: Dionys. Ambr. August. 5. Delibatio lactis, mellis, aut vini.

p.2. Exam. pag. 276. postulant ostendi è Scripturis tria: Promissionem gratiae, Signum sensibile & Mandatum: Tunc sciemus Medii illius, ut pote diuinius institutio, reverenter esse uendit.

A V T O R. Confirmatio verum est Sacramentum; 1. Teste S. Scriptura demonstrante requisita tria ista in meo Atticristo p. 3. q. 16. Nam Promissio gratiae est Ioann. 14: 15, 16. Luc. vlt. Signum, est Impositio manuum, cœu Medium, Act. 8. & 19. Mandatum, testatur tam secura & ordinaria Apostolorum praxis.

C A L V I N U S eam Impositionem manuū sic interpretatur. 1. Fuisse oblationem baptizatorum Deo factam. 2. Calvin. & Brentius: fuisse collationem gratiarum gratis data: um; vt dona linguarum, miraculorum, &c. 3. Calvinus & Kemnitius: Fuisse priuilegium singulare, vt sic darent Spiritum Sanctum soli Apostoli. 4. Kemnitius, Loc. Act. 8. & 19. nil facere pro nobis; vt qui, reiecta mandatum impositione, assumserimus Vocationem.

D I C O A D 1. Solum dicit; non docet; non altius mysterium subesse cogito; sed huiusmodi ceremoniam adhibitam interpretor, ut ipso gestu significarent se Deo offerre eum, cui manus imponebat. 2. Scriptura autem dicit, & docet, ad eam, immo per eam Impositionem continuo datum Spiritum Sanctum: Sicut, Tit. 3. per lauacrum regenerationis saluos nos fecit: hoc autem non erat simplex oblatio, sed Mysterium conferens gratia. 3. Offerre Deo baptizatum est cuiusvis baptizantis: at Imponere manus non est cuiusvis: Unde Philippus, Act. 8 baptizat, & manus imponere nequit; itaque Petrus & Iohannes aduentabant Act. 19 Paulo iubente baptizantur XII. viri; at ipse baptizans manus imponebat. 4. Baptizatio est ipsa oblatio Christiani Deo consecrati.

M m 2 AD

## V. DE CONFIRMATIONE.

### Q V A E S T I O   X X X V I .

An sit aliquod Sacramentum Confirmationis?

V T H E R V S l. de Capt. Babyl. c. de Confirm. negat esse verum Sacramentum; pro Ceremonia tamen recipi posse, qualis est aquæ & c. benedictio. Z W I N G L I V S l. de vera & fal. rel. vult ritum fuisse examinandi pueros. Sic & Melanchthon. in Locis. Kemnitius p. 2. Exam. pag. 320. eum Ritū prescribit à sex partibus. 1. Parvulos, sub annos discretionis in Catechesi informandos, tum Episcopo esse offerendos, qui eoram Ecclesia eos moneat, quid in Baptismo acceperint, & promiserint. 2. Recent publicè suam Catechesin. 3. De præcipuis articulis interrogati respondeant. 4. Moneantur, ut in hac professione ostendat se dissentire ab aliis sectis. 5. Moneantur, ut in pacto Baptismi ac fidei persistent, & proficiendo confirmetur. 6. Fiant publicæ preces pro talibus.

C A L V I N U S Inst. I. 4. c. 19. §. 4. Brentius in Confess. VVirtenberg. eadem.

Lipsienses tamen & VVirtenbergenses in conuentu Lipsiensi, anno 1548. receperunt VII. Sacraenta, & nominatim Confirmationem. At omnes ab ea sententia protinus desciuerunt, reiecta Confirmatione. Nimurum cum Nouarianis, Donatistis, VValdensibus, VVicleffo, &c. sœpius damnatis. Vide Geneal. p. 3. quest. 10.

C A L V I N U S Inst. I. 4. c. 19. §. 5. Kemnitius